



Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Apostasia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

A P O S T A S I A. 27

defensionis, quæ est quædam species appellationis, & est iuris naturalis, quia non debent esse peioris conditionis quam alij, nec hoc derogat statui perfectionis eorum, si fiat religioso modo differenter à sacerdotalibus, ut dicitur in iure. tom. I.
quæst. 29. art. 2.

Gregorius XIII. sub excommunicatione Papali prohibuit Fratribus ne ad sacerdotalia Tribunalia appellent, sed ad Suos Superiores gradatim usque ad Papam, & hoc non est prohibitum per Conc. Trid. sed tantum ne Religiosus ad maiorem Superiorum recurrat, nisi ab eo vocetur, aut à minore licentiam obtineat. art. 3.

A P O S T A S I A.

Vide Claustrum.

Soleat triplex assignari apostasia, à fide efficiens hereticum, ab obedientia Ecclesiæ efficiens schismaticum, & à religione seu Ordine. Ultima requirit egressum à Conventu cum dimissione habitus ad semper; ac proinde è Monasterio egressus etiam dimisso habitu,
vel

28 A P O S T A S I A.

vel illo retento cum proposito aliquando redeundi , aut strictiorem vel laxiorem Ordinem intrandi excommunicatus quidem est , diciturque fugitiuus, sed non incurrit alias pœnas , & inhabilitates apostatis proprias. *tom. I quest. 30. art. 1.*

Resoluit item *Sacra Congregatio*, ferentem habitum occulte, non esse propriè apostatam , nec incurrire aliam pœnam quam excommunicationis. *art. 2.*

Imo nec villas pœnas incurrunt qui notabiliter laſi à suo minori Supériore , non possunt ab eo licentiam obtainere conueniendi maiorem , talibus enim permisum est iure appellationis eos adire absque licentia , cùm non intendat *Concil. Trid. eff. 25. de Reg. c. 4.* tam notabiliter lādere Fratrem, maximè si cōstat de iniustitia grauaminis : nam hoc admodum consonum est iuri naturali , & idoneum ad hominum malitiis obuiandum. *art. 3.*

Episcopo , iuxta *Conc. Trid.* licet procedere contra apostatas fugitivos & vagantes Regulares sine vel cum habitu , in suo territorio. *Quod intel.*

A P O S T A S I A . 29

intelligendum est, si iniuste faciant,
non autem si cum causa, quamuis
literas obedientiales minimè ha-
beant. *ibid. art. 4.*

Tenantur Prælati & Conuentus
capere ac detinere apostatas & fu-
gitiuos vbicunque, etiam in Curia
Romana, inuentos, siue dent ope-
ram rei licetæ, siue illicitæ; nisi tî-
meatur damnum aut scandalum ob-
uenturum ex cōfortio aliorum cum
talione pestifera. Imo possunt illos
incarcerare & excommunicare, ad
hoc inuocato (si opus sit) auxilio
brachij sacerdotalis, non tantum tibi
subditos, sed etiam quoslibet alios
eiusdem Ordinis, per multa priui-
legia, *art. 5. & 6.*

Detinentes aut fauorem præ-
stantes apostatis fugitiuis & vag-
bundis ut talibus, sunt ipso iure ex-
communicati etiam si sint clerici ex
concessione multorum Pontificum.
Secus est, si solius amicitiae gratia
illos detineant, *art. 9.* Dicti fugitiui
non quidem de rigore iustitiæ, sed
de æquitate religionis, non solum si
redeant sunt recipiēdi, sed omnibus
modis procurare debent Superiores
eorum

30 A P O S T A S I A.

eorum salutē, concedendo eis facultatem saltēm transeundi ad alium Conuentum vel Prouinciam eiusdem Ordinis, vel etiam ad æqualem vel laxiorem Ordinem, ut sic perditis prouideatur, exemplo Christi, tam anxiè & sollicitè ouem vnam perditam quærentis. art. 10.

Bona à regulari acquisita in apostasia modo licito secundū iustitiam moralē ; at illico secundum Canones, v.g. per officia publica, beneficia Ecclesiastica, seruitia in curiis Principum, artes mechanicas, negotiationem, &c. si decebat in Ordine, sunt monasterij ad quod reuertitur, potestque de iis disponere Superior & Syndicus, sicut de legatis piis : si vero moriatur extra Ordinē, sūt Cameræ Apostolicæ. art. 11. Cùm acquisita contra sacros Canones à Clericis & regularibus, veniat nomine spoliorū. art. 13. Nec possunt creditores esse molesti Monasteriis dictorum apostatarum, ab eis petendo & extorquendo debita ab illis cōtracta, nisi id, propter quod debitum contratum fuit, conuersum sit in utilitatem ipsorum monasteriorum. art. 11.

BAPT I